Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc. Iesv Theologi

Albertini, Francesco

Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV

4. Proles coniugibus à Deo impetrat

urn:nbn:de:hbz:466:1-46785

Visual Library

cognomento Saram, filiam Raguelis in cuius cõplexu dœmō Aſmodæus ſeptẽ viros ipſa nuptiarũ nocte occiderat. Cũ vero Tobias cõſilio Angeli ad eã ingreſſus eſſet, quanquã omnes facto mane hũc quoq; cæterorũ more præfocatũ ſuſpicabãtur, ꝓtectione tñ Angeli Raphaelis cõſeruat⁹ fuit, ac dœmone in Aegypti ſolitudine religato, ipſe cũ recenti vxore in ſemine Abrahę benedictionẽ ꝑcepit. Obſeruãdũ aũt, ꝙ Angel⁹ corã illo teſtatus eſt, ſeptẽ priorũ maritorũ mortẽ non aliũde ꝓueniſſe, q̃ ex prauo eorũdẽ affectu, vt q. ita libidini obſequebãtur, vt Deũ à mẽte ſuã ꝓrſus excluderẽt: *Tu aũt*, ſubiũgitur, *cum acceperis eam per tres dies cõtinẽs eſto ab ea, & nihil aliud, niſi orationibus vacabis cũ ea*; atq; hac ratione fugabitur dęmoniũ, & benedictionẽ conſequeris, vt filij ex vobis incolumes procreentur. *Quid faciendum coniungibus, vt cum fructu & mutuo ſolatio ſimul viuant.*

QVARTVM BENEFICIVM corporale

Et quoniã quod potiſſimè in matrimonio deſideratur, proles eſt,

hác

hâc etiam in parte Angelum Cuſtodem beneuolum experiri licet; ad ipſum igitur pijs precibus votisque accurre. Numnam vxoris Manue obliuiſci potes, cui prorsùs ſterili & infœcundæ Angelus apparuit dicés: *Concipies & paries filium*, qui *Samſon* appellatus fuit?

Abul. Gen. 16. Communis etiam ſententia Hebræorum eſt, vt Abulenſis notat, quando Agar caſtigata à Sarai herâ ſuâ domo exceſſit, Angelum in pœnam huius inobedientiæ peremiſſe filium quo grauidata erat; poſtquam autem denuo ad illam reuerſa fuit, dictam ſobolem eiuſdem Angeli opera reuixiſſe.

QVINTVM BENEFIcium corporale.

Quiſquis porrò optat, liberos ſuos probè ac fœliciter educari, commédet illos tutelæ & manibus Angelorum. Vnde narratur de Manue, eum multò inſtantiſſimè Deum precari conſueuiſſe, vt Angelum ſuum de

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN